

- 1 Depoe eos proprietate Mathias Creigius.
 2 Capita Religiosæ Xenæ Grae Joach: Camerang.
 3 Laus Xpi resurgentis Christopho Pelargg.
 4 Armon Habraim. Barth. Adamann.
 5 Carmen Hab: Gidem.
 6 Almg III Carmine. Pancratig Crigens.
 7 Prophetæ Jonas Carmine. Daniel Saxo.
 8 Ecloga de Xpo triumphante. Barth: Bylovis.
 9 ^{trina. Finis spiritus p[ro]phetarum in Cruce.}
 Canones Monach[um] trans Hildesheim in Cruce.
 10 Davidis Tropæum Joh: de Cotteritz.
 11 Davidis triumphus Jan: Henric[us] Sczotens de Güstrow.
 12 de Mundi termino Joh: Polidorg.
 13 Ecloga in diem Martini. Abraham: Decelis.
 14 De Partu Novitatis Dethlevs Meyers.
 15 Bernardus de gentiâ Mundi Carmine.
 16 Joan: Fraxinge Melos. Spangenberg Wefsting.
 17 Concordia veriva. Albertus Olearig.
 18 Carminum Joach: Bilscey Liber 1.
 19 Gregorij Arabici poemata.
 20 Gnosticon Joh: Staubij e.
 21 Oratio Medua Carmine Laur: Homang.
 22 Alberti bovi Panthelias.
 23 De Incommodis Senectutis. Erasm: Rotterdam.

Q 3. 105 (1-66)

Γ Α Μ Η Α Ι Ο Ν

Q V O

60
G E N E R O S O , C L A =
R I S S I M O , A M P L I S S I -
M O Q V E V I R O I O A C H I M O
G O L D S T E I N , M E R S B U R G I N V P E R
Cancellario designato ,

*De felici matrimonio Nobilissima omniq³ virtu-
tum genere lectissima virginis*

A N N Æ

M A G N I F I C I , C O N S V L T I S S I M I
V I R I , P I E T A T E , V I R T V T E , E R V D I T I O N E , E L O -
q u e n t i a , p r u d e n t i a p r a s t a n t i s s i m i D a m i n i M A R C I G E R -
S T E N B E R G E R I i n D r a c k e n d o r f f & S c h w e r s t e d t ,
I V . D . V V e i m a r e n s i s C a n c e l l a r i j v i g i l a n t i s s i -
m i , F i l i a p r i m o g e n i t a ,

Summæ observantiæ gratulatur ergò
Georgius Piterichius Coloniensis
Marchita.



J E N Æ

Ex typographéo Tobie Steinmanni,
ANNO M. D. XCIV.

LAMMION

OKO

GENEALOGIA
RISSEMO, AMPLESS
MOQUE VERO LOACHIMO
GODDAM, MARSDORF NARR
Cancellario designato

Dr. Johann Friedrich
von Grotzsch

ANNA

MAGNIFICENTIA CONSULTISSIMA
VIRI RITAE, VIRI ET ERUDITIONE, ELQ-
pauca, praesentis proli sanguine Damini MARCI GER-
stentia in Duxendoff, Schwurstedt,
et in, comitibus, Castellis, et in
in, Schwurstedt.

Summe oblatione gratiam ergo
Georgius Friedrich Colonialis
Marchia.



F E N A
Ex gratia Joh. Schumann
CANTO AN. D. 1719.





I quod læticiæ genus est pietate proba-
tum,

Vt capiat motus, publica turba, decet,
Gaudia nemo vetat, quæ lex admittit
honestæ,

Hæc animi vires interioris alunt.

Vir, commune bonum, bonus est, communicat ergo
Et socios plausus optat habere sui.

Nunc ubi fausta parat lætæ sponsalia natæ,

Alteræ Saxonici, curæq; corq; Ducis:

Insigni pietate gravem, meritiscq; verendum

GERSTENBERGERVM, candida fama canit.

Chrysolitumq; refert iuvenem, cui munere divum

Virgo legitimo iugitur, ANNA, toro.

Vota ferunt genero, votis socerumq; salutant,

Dux, Equitæ, Musæ, plebe studiosa cohors.

Grandis ut in grandem sobolem stat cura, voluptas

Sic movet & grandi, maxima, prole, patres.

Prole dedit natura nihil iucundius, unde

Exhilarat patrum pectora, prolis honor.

Prosperitas equidem sæclo rarissima nostro,

Dum quod vota volunt, invida fata negant.

Non modo de natæ tædis, generoq; beatus

De genero hic socer est, de soceroq; gener:

Sic alternus amor parium, coniungit amantes,

Fortunis, forma, sanguine, honore pares,

A 2

Dum

Dum te, Marce, Themis rectore & vindice, gaudet
Atq; fori lites expedit, arte tua.
Et quæ Saxonix lura inclytus obtinet heros,
Consilio in melius lapsa referre soles:
Curia dat similem titulum Mersburgica Sponso,
Iure tori natæ, qui tibi natus erit.
Qui patris amissi vestigia clara secutus,
Hac ipsa recipit, te quoq; lege patrem.
Dat genus & formam divina scientia legum,
Palnam præ reliquis artibus illa capit.
Hic geminas lances summo Iove nata puella
Explicat, ac ensis pondera stricta mover,
Virtutum hæc moderamen habet, quas torquis ad
Connexas, veluti gemma decora regit, (instar
Cultores fidos magnis hæc regibus æquat,
Et quos non titulo, re facit esse Duces,
Cum tempestatum, Respublica, turbine nutat,
Ac ad perniciem cuncta videntur agi:
Illa gubernaculo rectorix subit, illa magistra,
Et clavum in dubiis, vi sapiente, gerit,
De iusto fert signa Deo, sua cuiq; tuetur,
Pacis alumna, iubet fas, prohibetq; nefas.
Singula quid referam, dum rebus verba probantur,
Verbis nec nimix, res bona, laudis eget.
Fallor, an ipsa tuis, te Sponse, Astræa viretis
Nutrit, & Sophix blandula pavit agris?
Nutrit haud dubiè, tenero sub flore iuventæ,
Dulcis ubi, ex iuris floribus, halat odor,

Lac

Lac inter niveum stipans purissima mella,
Nectaris humores, Ambrosiique dedit.
Ut cunis memorant resupinum, scripta, Platonem,
Cuius in ore favos gesserat, agmen apum.
Sic in virtutem patriam, vis insita spirans,
Alta magis, subito grandius urfit opus.
Magnorum postquam laudes & facta virorum,
Non modo miratus, verum imitatus eras.
Quæ loca non passim, studiis celeberrima honestis,
Vidisti, Ausonias ausus ad ira plagas.
Res iuvenem supra, iuvenili ætate subisti,
Scitus amare graves, & comes ire bonis.
Non modò ruga senes facit, & productior ætas,
Canicies vera est, mens sapienter agens.
Quare te meritò celsa locat arce, merenti
Et sua dat Pallas præmia, datque Venus.
Cuncta gubernat amor, casto quis pugnat amori,
Non sancita Deo fœdera rumpat homo.
Area virtutum, schola recti vera magistra,
Coniugium vitæ est, ampla palestra precum.
Ante quidem morsum mali fatalis, & ante
Res hominum lapsas, hic fuit ordo Dei.
Nil adeò potuit primum oblectare parentem,
Cui Tempe Eoò florida rure fuit,
Quam vultu insignis, rapta ex compage virago
Reddita, florenti quæ comes esset agro.
Hinc iuncti nymphis iuvenes errare per herbas
Et salibus vernum fallere tempus amant.

A 3

Sæpe



Sæpè toris veris simulatos, prima iuventus,
In facili quando pulvere ludit, habet.
Quid magis est sanctum pietate, pudore quid ipso
Castius, eximium quid probitate magis?
Robora spes vincit, duram patientia sortem,
In dubiis animum colligit, alma fides.
Aes auro, gemmis aurum, gemmæq; artis honori
Consilio magno cedit & artis honor. (mori,
At nil tam magnum, quod honesto haud cedat as
Virtutum hic summam continet, atq; chorum.
Nonne Dei natus commercia nostra frequentans,
Adfuit, & Sponsis munera, vina dedit?
Cum nymphis iuvenes in vitam ex morte reduxit,
Res est ergò placens huic, iuvenilis amor,
Non bene decrepiti fit nupta, puella mariti,
Turpius at iuveni consociatur anus.
Præterea reatrix est cæca libido iuventæ,
Servitio Idaliæ, fert ea sæpè, Deam.
Tunc licito, thalamus servat, sub amore, pudorem,
Nam pudor in vita cœlibe rarus erit.
Ut lex ergo iubet, coniungi corpora debent,
Numina cum lædat sancta, nefastus amor.
Nec sequitur pellex sese impregnantis honorem.
Sed gaudet titulis, nupta pudica, viri.
Adde quod imperium & patris extra iura vagatur
Spurius, at proles paret honesta patri.
Dote, toroq; caret fornix, at lege, maritus.
Non alienandæ fit quoq; dotis herus.

Dum

Dum quæ Cæsareum numen sanc i vit, abundè
Vir generose, tui scrinia cordis habent:
Lege iubente, Deo faciente, favente bonorum
Voto, sancta tori iura subire paras.
Ante, viri nomen tribuit tibi sexus, & acta
Accedet titulis nunc, nova nupta, viri.
Fida tori consors, donum cœleste: supernè
Aq̄ Deo datur, his qui timuere Deum.
Commendat Saram pietas, mens cauta Rebeccam,
Rachelem facies, fertilitasq̄ Leam,
Naphtalidæ sociam, patientia sancta, venusti
Batsebam mores, Abigaëla lepor.
Orandi cultus Iudith, latuisset in ævum
Ni Susanna suo nota pudore foret.
Quæ veluti massam iungi spectabis in unam.
Si Sponsam lustres, vir generose, tuam.
Forma, decor morum, pietas, industria, candor,
Relligio, casto cumq̄ pudore, fides.
Ornamenta illam concurrunt omnia in unam,
Quæ cum materno, munera, lacte bibit.
Nomina dum Charitum tria, nomine gestat in uno:
Quotquot habent charites, huic sua dona ferunt.
Ut generosa suæ vitis sese applicat ulmo,
Altera sic animi pars erit illa tui.
Nunquam blanditiis careat, sua præmia donet
Ac amet alterno, smutua flamma, iocos.
Mater erit nova nupta, novus genitorq̄, maritus,
Et iam qui pater est, nomen habebit avi.

Chrys


Chrysolite hanc igitur complectere amanter aman-
Cui sine luce tua, lux neq; vita palcet. (tem,
Sic tibi, sic illi, quæ nescit parcere, parcat,
Parca sit in vestram, noxia parca, necem.
Plaudit hymen, gaudent Charites, aspectat olym-
Pacis in amplexus dum venit, alma Themis.
Obsedit limen Concordia, gratia servat
Ostia, strata tori, mutua flamma fovet.
Ascendit Veneris sidus, quo Musa quiescit,
Et quæ plura nequit carmine, corde refert.

F I N I S.





VDIG
PICA



F A M H A I O N

Q V O

60

GENEROSO, CLA-
RISIMO, AMPLISSI-
MO QVE VIRO IOACHIMO
GOLDSTEIN, MERSEVRGI NVPER
Cancellario designato,

*De felicimatrimonio Nobilissima omniq² virtu-
tum genere lectissima virginis*

A N N Æ

MAGNIFICI, CONSVLTISSIMI
VIRI, PIETATE, VIRTUTE, ERVDITIO NE, ELO-
quentia, prudentia prastantissimi Damini MARCI GER-
STENBERGERI in Drackendorff & Schvverstedt,
IV. D. VVeimarensis Cancellarij vigilantissis-
mi, Filia primogenita,

